

verbum dei, pertingens usque ad divisionem anime et spiritus, compagum quoque et medullarum²⁾, cunctis passim | refugere est necessarium. Nos itaque, et si non merito, tamen officio gladium Petri portamus, ideoque in defensionem innocentium | et maxime claustralium ipso accingimur et predium, quod dicitur Leine, quod amici nostri fratres de Cella sancte Marie a Wichar|do de Zkapowe pro quadringentis et quinquaginta marcis comparaverunt, ita sub protectione banni nostri suscipimus, | ut quecumque spiritualis secularisve persona ex hoc et in reliquum de ipso predio ecclesiam Celsenensem indebite molestare | sive pulsare presumpserit, insolubili anathematis nexura se obligatum noverit tamdiu, donec manum et linguam anathemate | adustam retrahat et a virorum illorum inquietatione se temperet. Ut autem rata et inconvulsa et nunc et in posterum nostra | permaneat attestatio atque confirmatio, presentem inde paginam conscribi fecimus eamque sub deifice trinitatis sigillo communitam | nostroque privilegio atque idoneorum virorum testium astipulatione roboratam ecclesie prefate relinquimus, quorum nimirum testium hec sunt nomina: | Theodericus abbas de sancto Petro, Heinricus maior prepositus, Richardus archidiaconus, Wichardus canonicus, Ernestus scolasticus, Heinricus | cellerarius, Fredehelmus canonicus, Hartmannus canonicus, Heidenricus canonicus Misnensis, Eckehardus prepositus de Lipz, Conradus parrochi|anus de Rochelez, Heinricus parrochianus de Ranstede, Heinricus advocatus de Scudiz, Heinricus de Warin, Petrus de Hagen, Werno | de Telcove, Bruno miles de Horburch et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo | vicesimo quarto in katedrali sede nostra Mersburch, anno pontificatus nostri VIII^o, III^o idus iunii, indictione XII^a, sub | abbate Ludegero; feliciter amen.

(SP.)

75.

Landgraf Ludwig (IV.) von Thüringen beurkundet, daß Volrad und Konrad von Landsberg dem Kloster Altzelle 7 Hufen im Dorf Weißig übereignet haben und Wichard von Schkopau dem Kloster sein Prädium (Groß-)Lehna für 450 Mark verkauft hat.

1224 Mai 2, Delitzsch * 1224 Juni 15, Schkölen

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 256 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 42,0–42,3 cm breit, 31,0 cm hoch, Plica 3,9 cm — Besieglung: SP. Landgraf Ludwigs (IV.) von Thüringen, Typar 2, an roten Seidenfäden; rund, Durchmesser ca. 7,6–7,7 cm (Posse, SW I, S. 17 und Taf. XII/3; Küch, Zur Geschichte des Siegelschnitts, S. 16, Abb. 44; Franke, Siegel, S. 362 f., Nr. 30; Hebig, S. 211, Abb. 73).

Edition: CDS I/A, Bd. 3, S. 231, Nr. 325 aus A.

Regest: Beyer, Altzelle, S. 533, Nr. 62 — Tobias, Reg. des Hauses Schönburg, S. 10 fehlerhaft zu 1224 Mai 2 und Juli 14 — Schönberg, Geschichte d. Geschlechtes v. Schönberg II, S. 174 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II, S. 383 f., Nr. 2138 und 2142 — Schön, UB Herren v. Schönburg I, S. 9, Nr. 10 und 11 fehlerhaft zu 1224 Mai 2 und Juli

2) Hebr. 4, 12.